CHRONICON. MARSILIUS DE PADUA. IOHANNES VICTORIENSIS
Anfang 15. Jh. Seite 115r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=892
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Unus quisque in quantum uirtus
subpetit carnem maceret eiusque
desideria affligat concupiscencias
turpes interficiat ut uirtus pauli
uocem hostia uiua fiat hostia
quippe immolatur et uiua est. quando
et abhac uita homo non defi-
cit et tamen se a carnalibus deside-
riis occidit. Secundum continet
mundialia irritamenta per que
sepius dei inimiciciam incurrimus
dum eius desideriis uanis
et superfluis inherimus. Unde
Iac. iiii. Nescitis quia amicicia
huius mundi inimica est deo et
hunc uincimus et sternimus quando
contempnimus. Augustinus in sermone
de beato Vincencio duplicem acie
producit mundus contra milites xpi
blanditur ut decipiat terret ut
frangat non nos teneat propria
uoluntas non nos terreat crude-
litas aliena et uictus est mun-
dus ad utrosque aditus occur-
rit xpus et non uincitur xpianus
Tercium continet diaboli-
ca temptamenta que xpus caput
nostrum multipliciter superauit in de-
serto cui dixit Mt. iiii. Vade
sathanas in crucis tormento
Osee. xiiii. Ero mors tua o
mors ubi diabolum occidentem
genus humanum propria morte
mortis principem interemit. Sic
Ier. vi. fortis impegit in for-
tem et ambo pariter ceciderunt
Augustinus super Io. in morte xpi
mors ~~tua~~ mortua est quia uita mor-
tua occidit mortem plenitudo
uite deglutiuit mortem. Nos
autem dolosis adhuc pluribus in-
uadere non desistit. Iuxta illud. i.
Pet. tanquam leo rugiens circuit
querens quem deuoret et addit
cui resistite fortes in fide et
Iac. iiii. resistite diabolo et fugi-
et a uobis. Hoc tribus bellum
notatur in chimera licet nichil sit
in rerum natura tamen adeo eius
ficcio inualuit ut capite leo me-
dio capra cauda draco. Secundum
honorium figuratur quam bestiam
belloferon occidit. In capite
uite uel diuaca superbia que leo-
ni tribuitur propter cordis et ani-
mi extollenciam. In medio carnis
concupiscencia ponitur que capre
uel capro ascribitur propter luxurie
et fetoris immundiciam. In pedi-
bus uel cauda oculorum concupiscen-
cia sustitur et draconi uel ser-
penti traditur propter cordis aua-
riciam que repit circa terrena
et hominem inficit et interficit sed
felix qui dicere potest cum psalmista Pre-
cinxisti me uirtute ad bellum
et subplantasti insurgentes
in me subtus me et cetera. Et illud
Ier. xx. Dominus mecum est tanquam
bellator fortis id circo qui
persequuntur me cadent et infir-
mi erunt. De fuga Capitulum xx.

Non solum hostis prostra-
cione bellum eximitur sed et
si hostis loco cedit uic-
torem aduersario derelinquit. Unde
quia hoc sepe contingit de fuga

Nota de chimera